





XVI, 31-42





D.
4348

DIVI IOAN-

NIS CHRYSOSTOMI AR-
CHIEPISCOPI CONSTANTI-
NOPOLITANI DE DIVITIIS
ET PAUPERTATE ORATIO,
A` MARTINO CROME-
RO E` GRAECA LA-
TINA FACTA.

CLEMENTIS IANITII P,L, EPIGRAMMA

*Pauperiem frustra laudas Chrysostome nostro
Tempore, quo solas uulgas adorat opes.
Dicēris stolidus, dicēris sordidus, uni
Vis homini famulos qui satis esse duos:
Addere debueras alijs præcuntia longe
Agmina, equos, scurras, tympana, nacula, coquos.*



REVEREN-

DISSIMO IN CHRISTO
Patri & domino, Domino PETRO
GAMRATO, Dei gratia Episcopo
Cracoviensi, Archiepiscopo Gnesnensi,
& primati Regni designato, domi-
no & patrono suo benicentissi-
mo MARTinus Cromerus
I. V. D. S. P. D.

Ntanta morum & opinionum no-
stri seculi prauitate, qua nescio an ma-
ior vñquam fuerit, sic propemodum
studiorum meorum cursum instituo,
Antistes amplissime, aliquantum vt in sacra-
rum literarū, vetustissimorumq; theologorum
& gr̄corum & latinorum lectione acquies-
cendū mihi esse existimē, vt inde hauriā, quod
animum meum vel debilitatum recreare, vel
languentem excitare, vel integritatē suam vt-
cunq; retinentem cōfirmare possit, & premu-
nire. Prima enim & antiquissima salutis no-
stre & summe illius, eterneq; felicitatis cura
nobis esse debet, ad eamq; studia nostra &

actiones, atque cogitationes omnes in primis
referri conuenit. Cuius ratio verissima & ex-
actissima illis literis, illisqe doctoribus nobis
tradita est. Eos igitur dum studiose pro virili
mea cōsector, cum nuper Bononię essem, in-
cidi in librū quēdam peruetustnm, & à tineis
& blattis vehementer corrosum, in quo erant
cōplures orationes, nusqe haētenus, quod scia,
edite, IOANNIS CHRYSOSTOMI, magni
in primis & incorrupti theologi, longeqe elo-
quētissimi, quippe quod ab oratiōis suauitate atqe
splendore,oris aurei nomen adeptus sit. Descri-
psi aliquot integriores, vt hunc quasi thesaurū
quendam maximū ex Italia decedens in patriā
mecum deportarem, & cum Polonis nostris
aliquando cōmunicarem. De quibus vnam,
de diuitijs & paupertate, in latinum sermonē
à me, vt in hisce occupationibus meis, que tu-
is Antistes amplissime, vſibus seruiunt, fieri po-
tuit, nuper conuersam, in manus hominū no-
strorū emittere mihi libuit, vt in ea reliquarū,
hoc est, operę & laboris nostri in ihs vertēdis
gustū facerent. Atqe hoc opus tibi potissimū
Antistes amplissime, cuius benignitas non par-
ua paucis hisce mensibus in me extitit, propriū
dico addicoqe: hoc tibi munere summū istum
& amplissimum honorem, qui aliquot his dī-

A ñ

ebus non ambienti tibi oblatus est, gratulor,
Tu Archiepiscopus designatus Chrysostomū
Archiepiscopum & ipsum, lubens à nobis ac-
cipe, Ac de vſu diuitiarum præcipiētem, quasi
apud affluentissimum quendam et perennem
diuitiarum fontem collocatus, cupide amplecti-
tor; non quod huius tu monitoris indigeas,
princeps ad beneficentiam & liberalitatem fa-
ctus; sed vt facta tua cum illius dictis atq; scri-
ptis congruere animaduertens, voluntate ista
tua tam benefica leteris, & ad peragenda reli-
qua, que abs te expectantur, ac in primis pre-
clarū illud et memorabile facinus, excitandarū
in Polonia honestissimarū disciplinarū, quod
te authore in proxima preterita synodo verbis
tenus inchoatū est, re ipsa absolueđum, magis
etia inciteris, q; et officio tuo satisfacias, et
gloriā tibi parias sempiternā. Deus
te diu sospitē & in columē tue-
atur, patrone benignissime.
M.D.XLI.

DIVI IOAN-
NIS CHRYSOSTOMI
ARCHEPISCOPI CON-
STANTINOPOLITANI
DE DIVITIIS ET PAV-
PERTATE ORATIO-
A MARTINO CROME-
RO E GRÆCA LA-
TINA FACTA.



Vm indigne quempia di-
uitem esse videris, ne beatū
iudices, ne dignū æmulati-
one putas, ne condēnes dei
prudentiam, ne arbitrare casu atq;
temere ferri præsentia. Recordare La-
zari & diuitis, quomodo hic quidem
ad summū opulentiaæ ac luxuriæ pro-
uectus est, cum esset acerbus, immitis,

A ij

immanis, & quibusuis canibus effera-
tior. Siquidem illi miserabantur & cu-
rabant pauperē, non segniter lābentes
vlera, quæ totū corpus illius oppleue-
rant, Iste vero ne micas quidē ipsi por-
rigebat. Porro pauper ille, reuera diues,
reuera copiosus, in extremā paupertatē
decidit, & necessario etiam alimēto de-
ficiebatur, & cum morbo ac fame con-
tinua colluctabatur. Atq; ille quidem
plura quām usus postularet, habebat.
Hic vero ne modicis quidem potieba-
tur, Sed tamen non grauate tulit, non
incusauit deum, nō questus est de pro-
uidentia. Quam absurdum igitur est, il-
los quidem ipsos qui malo afficiūtur,
ita de omnibus domino gratias agere,
te vero extra certamina positum, de his
deo conuiciari, quæ alij gratis animis
perferunt? Nam si is, cui aduersi quid
accidit, verbum aliquod graue & odio-
sum dicat, etsi nō tantā, quantā aliis,

sed tamen minorem duntaxat veniam
cōsequitur. At q̄ extra res aduersas po-
situs ipse, aliorum causa animam suam
it perditum, quanam is venia dignus
fuerit, qui de his deo cōuicietur, de qui-
bus is ipse, qui malo afficitur gratias a/
git, nec vsquā cessat eū laudibus extol-
lere? Quam enim ob rem ô homo eius
modi tibi videntur diuitiae, quas opor-
teat magno studio consectari? propter
voluptatē sanè eā, quæ ex mensis percī
pitur, ppter honorē, propter satellitiū
eorū, qui ob hæc te colunt, & vt eos qui
tibi molesti sunt, vlciscare, sisq; oibus
formidabilis. Neq; enī alias causas ha-
bes dicere, præter voluptatem, adulati-
onē, metum, & vltionem. Neq; enim
sapiētiorem, neq; temperātiore diuitiae
reddere solent: non commodum, non
benignum: non ullam aliam virtutis
partem in animū inducere & inserere.
Nec potes dicere, propter horū aliquid

A tij

reas te cōfēctari atq; defyderare. Nō solum
ēm non norūt quippiā horū bonorū
inserere, aut excolere, verum etiā si repo-
sita repererint, cōtaminant, & perimūt.
Quædā vero etiā reuellunt, & cōtraria
pro his inducunt. Sed non dicā de his.
Nam quos hic morbus cepit, non susti-
nent audire, accusari se & argui, toti vo-
luptati addicti, atq; ob id serui ipsius
facti. Propter hoc igitur, dic mihi, diui-
tiæ nobis defyderabiles, ac de quibus
conflictari conueniat, videntur esse, qđ
grauissimas in nobis affectiones alūt,
iram ad opus excitantes, & insani glo-
riæ studij ampullas maiorem in modū
attollētes, & ad vecordiā exfuscitātes?
Quin ob hoc maxime obstinate fugi-
endæ sunt, quod feras quasdam imma-
nes & asperas in animum nostrum de-
ducunt, per quas eo quidē honore, qui
ab omnibus defertur, priuant. Ei vero
aduersum coloribus illius illinunt, atq;

ita deceptis offerunt, persuadentq; hūc
illo maiorem esse, cum non sit natura,
sed in speciem potius esse videatur.
Quemadmodum enim meretricantiū
mulierum formæ fricatiōibus & fucis
compositæ, pulchritudine quidem ipsa
carēt, verum turpem ac deformē faciē,
pulchram & formosam seductis ab il-
la videri faciunt, ita diuitiæ quoq; con-
temptum honoris loco habendum ex-
hibent. Ne eīn eas mihi acclamatiōes,
quæ in propatulo propter metum & af-
fentionē fiunt intueare, sed conscienc-
tiam cuiusq; ex ījs, qui sic adulātur, ex-
plica, & videbis intus innumerabiles
accusatores, qui contra te vociferantur,
teq; magis, quām qui maxime inimici
hostesq; sunt, auersantur & oderunt.
Quòd si quādo personam istā ex metu
compositam rerū commutatio superue-
niens ē conspectu subduxerit & redar-
guerit, sicuti facies illas sol radio calidi-

A v

ori immisso, tunc probe cernes, superiori tempore infra omnes te fuisse contemptissimum apud eos, q[uod] te colebant, & honorē tibi haberi te putauisse ab ihs, q[uod] te in primis oderant, & in extremis calamitatibus videre cupiebat. Quare nō errauerit quisquam, si diuitias improbum seruum vocet, seruum sanguiuorū, seruum homicidam, seruum cede domino gratiā referentē, & quod grauius est, non tūc modo, cū ipsum reliquerit, in pericula cōncit, verum etiā prius quam reliquerit, tumultus ipsi atq[ue] turbationes ciet. Enī uero, q[uod]s Eutropio fuit sublimior? nonne vniuersum orbē terrarū diuitijs anteibat? nonne ad ipsa honorū fastigia euaserat? nonne omnes eū tremebant & formidabat? Ecce aut̄ ipsis etiā nexis in carcere factus est miserior, & servis miserabilior, & fame tabescientibus mendicis indigentior, & quotidie gladios exacutos cernes, & barathrū, et carnifi-

ces, & abductionē ad necē, ne nouit q-
dem, an vñquā in voluptate illa fuerit,
ne radium quidē ipsum solis sentit, sed
meridie medio, quasi densissima nocte
circūscptus, ita visu orbatus est. Quin
sī maxime contēdamus, nō poterimus
verbis assequi dolorē, quantū sustinere
eum cōsentaneum est, in dies, vt capite
plectatur, expectantē. Buxum eīm vul
tū eius video, nihiloc̄ melius affectū
quām qui semel iā nunc emortuus sit.
Iam crepitus & stridor dentiū, totiusc̄
corpis tremor ipsi adest, & vox interru
pta, & facies, qualem lapideam illam
animam habere par est. Dicebā ne tibi
assiduo, fugitiuas esse diuitias? Tu vero
nos non ferebas. Dicebam nē improbū
seruū eas esse? tu vero nolebas credere,
enē rebus ipsis experiētia monstrauit,
non solum fugitiuas & improbas esse,
verumetiā homicidas. Hæ nāq; te nūc
tremere et formidare fecerūt. Dicebám

ne tibi? cum assiduo vera dicentem me
icrepares, quòd ego plus adulatoribus
te diligam? ego obiurgans obsequens
tibus magis curē. Addebam ne his ver-
bis? fide digniora esse vuluera amico-
~~vulnera et oscula~~
rum, quām inuoluntaria oscula inimi-
corū. Si mea vulnera pertulisses, oscula
illorum mortem istam tibi nō peperis-
sent. Mea namq; vulnera sanitatē præ-
stant, illorum vero oscula insanabilem
morbum effecerunt. Vnde nam hoc?
ex eo quòd humānarum rerū mutatio-
nes non cogitabas. Nam si metuisses
mutationē, non subiuisses mutationē.
Sed quoniam neq; per te ipse, neque ab
alijs siebas melior, propterea periculū
eorum, quæ verbis dicebantur, reipsa fe-
cisti. Si dico quòd diuitiæ eos, qui ipsis
male vtuntur, produnt, & venit tēpus
rei veritatem ostēdens, cur eas detines,
quæ in aduersis nihil prosunt? Si vires
habent, adsint tibi cum ī necessitatem

incideris. Quòd si tūc fugiunt, quid o-
pus eis habes? Hæc dico, neq; dicere de
sinam, quamuis multi nobis succense-
ant. Semper dicit, inhæret diuitibus.
Enim uero & illi semper inhærent pau-
peribus. Ego vero inhæreo diuitibus,
imò non diuitibus, verum ihs qui diui-
tijs male vtuntur. Semper dico, non di-
uitem traducens, sed prædonem. Aliud
diues, aliud prædo, distingue res, & ne
confundas, quæ impermixta sunt. Di-
ues es, non veto. Prædo es, accuso.
Habes tua, fruere. Aufers aliena,
non taceo. Vis me lapidare? paratus
sum & sanguinem profundere. Modo
vt peccatū tuū prohibeam, non est mi-
hi curæ odium, non bellū. Vnum mihi
curæ est, vt proficiāt audientes. Et pau-
peres mei filij, & diuites mei filij sunt.
Idem vterus vtrosq; parturiuit, eadē
parturitiones vtrosq; pepererunt. La-
pidet qui vult, oderit q; vult, insidietur q;

vult. Pignora coronarum sunt mihi in
fidiæ, & numerus præmiorū vulnera.
Non metuo insidias, vnu tantū modo
metuo, peccatū. Modo ne quis me pec-
cantē arguat, vel orbis terrarū aduersū
me bellū gerat, Videlis humanarū re-
rū vilitatē. Videlis imbecillitatē poten-
tiæ. Videlis diuitias, q̄s semp fugitiuas
appellaui, nō solū fugitiuas, verum etiā
homicidas. neq; em habētes se deserūt,
sed iugulant: vbi quis eas colit, ibi ma-
xime eū produnt. Quare colis diuitias,
quæ nunquā contineri possunt: vis eas
cōtinere: ne defodias, sed da in manus
pauperum. Feræ sunt diuitiæ, si cōtine-
antur, fugiunt, si spargantur, manent.
Sparge ut maneāt. Ne defodias, ut ne
fugiant. Vbi sunt diuitiæ, libenter eos,
qui decesserunt, rogarem, vbi diuitiæ.
Hoc aut̄ dico, non exprobrans. Absit,
necq; refricans ulcera. Sed ex aliorū nau-
fragijs vobis portum parans. Etenim

qui hodie diues est, cras pauper fuerit,
Eoç s̄a penumero r̄isi testamenta le-
gens dicētia: dominiū quidem agrorū
vel domus ille habeto, vſu vero alius.
Omnes vſum habemus, dominiū ne-
mo. Quamuis enim toto vitæ tempo-
re penes nos maneant diuitiæ, nullam
mutationē admittentes, volentes nolē-
tes moriēdo alijs eas concedemus, vſu
quidem earum fructi, eoç solo, nō etiā
dominio, sed nudi vacuiç ad illam vi-
tam demigrabimus. Vnde planum fit,
illos dominiū habere, qui & vſum ea-
rum contempserint, & fruitionem de-
riserint. Quānam igitur de causa diui-
tias appetēdas esse putas, eosç qui eas
possident, beas & admiraris? Quonā
vero differt diues à paupere? Nonne
vnum & ipse corpus vestit? nō vnum
vêtrem alit? Cur autem seruos multos
habes? Nam vt in vestimentis vſum
modo cōlectari oportet, itemç in mē

sa, sic & in seruis : Etenim uno solum
seruo vnum dominum uti oportebat.
Quod si graue hoc est, cogita eos qui
nullum habent, & expeditiori tamē fa-
mulatu fruuntur. Propterea namq; &
manus dedit nobis Deus & pedes, vt
ne seruis indigeamus. Neq; enim ne-
cessitatis causa seruorum genus indu-
ctum est. Etenim cum Adam seruus
quoq; conformatus fuisset: verum pec-
cati & inobedientiae poena hæc est, atq;
coertio. Quod si maxime necessariū sit
seruum habere, at vnicum, aut alterū
dūtaxat. Nam qd tibi vult multitudo
seruorum, & insolēter incedēdo obuios
in foro summouere? An enim inter fe-
ras ambulas, quòd obuios abigis? Ne
metuas, nemo mordet eorum, qui ade-
unt, & prope te incedunt. At enim con-
tumeliam ducis, pariter cum omnibus
incedere. Quanta vero hæc amētia est:
equum prope sequentem contumeliam

afferre non putare, hominem vero nisi
decem millibus stadiorum abigatur,
probro esse existimare? Quid hac inco-
syderantia deterius? homines propels-
lere, ut iumentū spaciose prodeat. Tan-
ta enim nobis inter nos usus mutui ne-
cessitas à Deo solerti prouidētia consti-
tuta est, ut si quis omnium etiam ho-
minum sit ditissimus, ne ita quidē so-
lutes sit cōiunctione hac, & vt tenuiori
opus non habeat. Neq; enim diuitibus
tantum pauperes indigent: sed & dis-
uites pauperibus: & isti magis illis,
quam illi istis. Atq; vt hoc manifesti-
us videas, faciamus, si videtur, duas ci-
uitates, alteram diuitum tantum, altes-
ram pauperum, Ac neq; in ea, quæ di-
uitum erit, pauper sit quispiā, neque in
ea, quæ pauperum, vir quisquam diues
sit, videamusq; vtra magis seipsa con-
tentā esse possit. Igitur in illa, quæ co-

B

piosorum est, nullus erit opifex, non
struktur, non faber materiarus, nō cal-
cearius, non pistor, non agricola, non
ærarius, non restio, nō aliis quisquam
huiuscemodi. Nam q̄s diues exercere
hæc vñquam volet: quando & n̄, qui
hæc tractant, cum ditati fuerint, ærum-
nam horum laborum non ferūt. Quo-
nam igitur modo ciuitas hæc nobis sta-
bit? Dato, inquit, argento ement hæc
diuites à pauperibus. Quonam vero
pacto domos ædificabunt? An & hoc
ement? At natura id fieri non potest.
Quare necesse erit artifices illuc accerse-
re, legemq̄ tollere, quam initio sanxi-
mus, cum ciuitatem conderemus. Vide
amus ergo etiam pauperum ciuitatem,
An & ipsa æque insufficienter consti-
tuatur, priuata diuitibus: si execrati pri-
us oratione fuerimus diuitias, velut au-
rum, argētum, lapides preciosos, & ve-

stimēta serica, et purpurā auro intextā,
eaqz inde reiecerimus. Quid igitur
ob hæc status ciuitatis huius requiret,
dic mihi: Nihil penitus, Nā siue ædis-
ficare oportet, siue ferrum cudere, siue
vestimentum texere, non auro neque
argento, neqz vnionibus opus est, sed
arte & manibus. Quid vero si agrum
colere, terramqz fodere opera & precium
sit, diuitibüs ne, an pauperibus opus
est: cuiuis clarū est, quod pauperibus,
vbi ergo tādem diuitibus indigemus:
nisi si demoliri ciuitatem hanc opor-
teat. Quoties igitur videris quempia
vestimentis & numero so satellitio fo-
ris splendentem, explica conscientiam
ipsius, & multum coeni reperies. Co-
gita Paulum, Petrum: Cogita Ioannē,
Heliā, atqz adeò ipsum Dei filium,
non habentem vbi caput acclinet. Il-
lius, & seruorum eius æmulator esto,

Bij

eorumq; in effabiles diuitias cum ani-
mo tuo reputa. Quod si cum paululū
prospexeris, inde rursus tenebris ins-
uoluare, perinde ac in naufragio quo/
piam supeueniente procella: Audi sen-
tentiam Christi dicentem: Fieri non
posse, ut diues in regnum cœlorū in-
troeat. Et cum hac sentētia confer mō-
tes, & terram, & mare, omniaq; si vis
oratione fac aurum esse, nihil videbis
par detrimēto illinc existenti. Iam ve-
ro, dic mihi, si quis te in Regiam in-
troduceret, & vt rex coram omnibus
sermonem tecum haberet, procuraret,
conuictoremq; & contubernalem tibi
ipsum faceret, nonne omnium beatissi-
mū te esse diceres: Cum autē futurum
sit, ut in cœlū ascendas, & iuxta ipsum
regem vniuersorum adstes, & angelis
ex aduerso resplendeas, & inaccessibili-
li illa gloria fruare, dubitabis, an ope-

ræ premium sit pecuniā dimittere, cum
conueniat, si vitam quoq; ipsam exue/
re necesse sit, exultare & gestire, & vo/
lucrē fieri præ voluptate. Sed heu ma/
gnū stuporem, q; cum huiuscemodi
bona expectentur, adhuc præsentibus
inhiamus, & nō animaduertimus do/
lum malum diaboli, qui paruorum
obiectu magna nobis adimit: lutum
dat, vt cœlum rapiat: umbram osten/
dit, vt veritate excludat: in somnijs
imagines obiicit, hoc enim sunt præ/
sentes diuitiæ, vt aduiciente die pau/
perrimos omniū ostendat. Ne igitur
magnum bonum diuitias esse arbitre
mur. Magnum enim bonum est, non
possidere diuitias, sed possidere timo/
rem Dei. Ecce enim si quis iustus es/
set, & multam fiduciam in deo fixam
haberet, satis esset, si manus modo in
cœlum protenderet, deumq; vocaret,

B iii

et statim nubes hæc præteriret. Tan-
tum vero aurí repositum est, & quo-
uis luto inutilius id est ad soluēda ma-
la præmentia. Neq; vero in hoc solo
periculo, verum etiam si morbus occu-
pet, si mors, siue quid aliud eiusmodi,
redarguitur diuitiarum vis, nullum so-
latium ijs, quæ accidunt, à se habens
ostendere. Nam vt qui scelerum sibi
conscius est, etiam si omniū pecunia
circumiectus sit, omnium est miserri-
mus: Ita qui perpurgatam habet cō/
sciētiā, etiam si detritis pannis ami-
ctus sit, & cum fame luctetur, æquiore
animo est, quam qui vehementer luxū
affluūt. Iccirco habes pecuniā, vt pau-
pertatem diluas, non vt paupertatem
adsciscas. Tu vero prætextu solatiū ma-
iorem calamitatem efficis, benignitas
temq; vendis pecunia. Vende non
prohibeo, sed regno cœlorū. Ne par-

uum tanti recte facti precium acceperis, nempe usuram centesimā, Sed vitam illam æternam. Cur mēdicus es, et pauper, et angusti animi, paruo, hoc est, pecunia pereunte magna vēdens? Cur Deo relicto humana lucra lucras? cur diuitem prætercurrentis, nō habenti molestus es: & gratiam referentem deserens, ad ingratum te ingeris? Ille cupit referre gratiam, iste vero gruante etiam refert: iste vix centesimam reddit, ille vero centuplam, & vitam æternam: iste cum contumelīs & conuicijs, ille cum laudibus & approbatione: Iste inuidiam tibi exuscitat, ille vero coronas etiam concinnat: Iste vix hic: ille vero & illuc & hic. Nonne igitur extremæ amentiæ est, ne scire quidē lucrari? Pecuniā possidere oportet uti dominos, non ut seruos, ita ut ea in potestate nostra, nō ut nos in ipsius

Bijj

simus. Propterea namqz xpi macta, id est,
pecunia dicta est, vt in necessaria mi-
nisteria ipsa utamur, non vt in custo-
diam deponamus. Serui enim est as-
seruare, expendere vero domini, &
magnam potestatem habentis. Quo-
circa nihil stultius seruo pecuniæ. Te-
nere sibi videtur, cum ipse teneatur: vi-
detur sibi dominus, cum sit seruus: &
cum vincula sibi ipse circumdederit,
quasi in omnes imperium habens ge-
stis: & asperiorem in se feram effici-
ens lætatur: & saltat in captiuitatem
incurrens: & videns canem rabie per-
citum & adsilientem animæ suæ, pro-
eo quòd ligare & fame macerare eum
deberet, affluentem cibum ipsi præ-
bet, vt magis assiliat, sitqz formidabi-
lis. Et quemadmodum nexum, cum
vides & scapulas, & manus, sæpe etiā
pedes ferro constrictum, ob id maxi-

me miseraris, ita & in diuite, cum con-
teplatus fueris eū innumerabili pecu-
nia circumseptū, ne pcoptera diuite,
imò ppteræ miserum esse arbitrare.
Nam præter hæc vincula, custodem
quoq; carceris asperū habet & impro-
bum, amore inquam pecuniæ. Qui
non patitur eū carcerem istum trāsgre-
di, sed innumerabiles ipse fabricat pe-
dicas, & custodias, & ostia, & vectes,
& cum in interiorem custodiā ipsum
coniecerit, persuadet, vt delectetur etiā
hisce vinculis, vt ne spem quidem vl/
lam reperiat ex malis illis prementi-
bus euadendi. Diuitem te fecit Deus,
vt opituleris indigentibus, vt peccata
tua diluas benignitate in alios exercē-
da. Pecuniam tibi dedit, non vt con-
cludas in tuam perniciem, sed vt pro-
fundas in salutem tuam: ob hoc &
possessionem ipsius incertam fecit, &

B v

minime stabilem, ut & in hoc relaxet
insanię circa ipsam satagentis conten-
tionem. Nam quis Helia pauperior
fuit, dic mihi: verum ob id omnes di-
uites vincebat, quoniam pauper erat.
Atque ipsam etiam paupertatem diui-
te animo eligebat, omnesq; pecunias
diuitias inferiores animi sui magnitu-
dine putabat esse, neque dignas philo-
sophia sua. Nam si magna hæc præ-
sentia duxisset esse, nequaquam exoui-
nis pellibus vestem solam possedisset.
Ita enim præsentem vanitatem dam-
nauit, ut pro luto projecto aurum in-
tueretur. Propterea namq; & rex pau-
peris illius indigebat, & ad corpus ni-
hil præter ouinam vestem habentis
stupidus hiscebat, tatum auri habens.
Ita sane purpura splendidior erat ouil-
la vestis, & regijs palatijs spelunca iu-
sti, eoq; in cœlū ascendens nihil aliud,

quam ouillam illam vestem Helisæo
discipulo suo reliquit. Cum hac in/
qt, aduersus diabolum luctatus sum,
hac tu quoq; aduersus illum te arma.
Firma enim arma sunt inopia, &
inuictum præsidium. Et accepit ouil/
lam vestem perinde atque maximam
hæreditatem Helisæus. Enimuero ma
xima dubio procul erat hæreditas, &
omni auro preciosior: & erat duplex
Helias ille, eratq; supra Helias, & in/
fra Helias. Noui quòd beatum iudice/
tis iustum illum, velitq; vnusquisq; ve
strum ipse esse. Quid igitur, si vobis
demōstrabo, aliud qddā multo maius
illo nos om̄es accepisse. Nam Helias
quidem vestem ouillam dimisit disci/
pulo: Filius vero hominis ascendens,
suamipsius carnem nobis reliquit.
Quoties ergo pecuniaæ amissionē au/
dierimus, ne perturbemur, sed dica/

mus: Benedictus Deus: Et longe ma-
iores diuitias reperiemus. Neq; enim
sane tā vberem fructū percipies, si di-
uitias illas in indigētes expendas, atq;
circumeas pauperes conqrens, & facul-
tates tuaspargas esurientibus, quan-
tum hoc verbo lucri feceris. Quando
& ipsum Iob non tam admiror aperi-
entem domum indigentibus, quā stu-
peo & laudibus extollo, rapinam bo-
norū ferentem grato animo. Nam
qui eiusmodi est, vt possit tranatis na-
turæ fluctibus sine lachrymis illud
Iobi dicere: Dominus dedit, dominus
abstulit: Cum Abrahamo ipso statue-
tur, & cū Iobo laudibus extolleatur, ex
hoc solo verbo. Cum igitur aurū tibi
abstulerit diabolus, vel per prædones,
vel per aliam quampiam occasionem,
laudibus celebra dominum, & plus
lucratus fueris, duplicemq; plagam

dederis inimico, tum q̄ te angori non
dedisti, tum quod gratias etiam egisti.
Nam si animadueterit, den̄ci te pecu-
niæ detrimento, & vt domino succen-
seas adduci, nunquam desinet hoc age-
re. Sin autem aspexerit, te non modo
nō conuiciari Deo, qui te fecit, sed ma-
gis etiam gratias agere, quæcunq; res
grauior acciderit, desinet tentationes
ad mouere, sciens quod gratiarū acti-
onis occasionē tibi præbeat aduersi-
tatum obiectus, splendidioresq; coro-
nas tibi faciat: Id quod in Iob quoq;
vnu venit. Nam cum pecuniā ipsi
abstulisset, corpusq; percussisset, vdit
ad gratias agendas magis eum incita-
ri, neq; accedere deinceps ausus est sed
turpiter & implacabiliter victus abiit,
splendidiorē Dei athletam cum effe-
cisset. Ac Iob quidem posteaquam co-
lonis patientiæ & fortitudinis omni-

bus exornatus est, duplicitia, quæ amiserat,
recepit omnia. Tu vero non duplicitia ac triplicitia, verum centuplicita acci-
pies omnia, si generose tuleris, & vitæ
æternæ hæreditatem adibis: Quam
vtinam omnes nos adipiscamur, gra-
tia & benignitate domini no-
stri Iesu Christi, cui gloria
& imperium in sæ-
la sæculorum.
AMEN.





Gracuiæ ex ædibus Hieronymi
Vietoris. Anno domini.
M.D.XLI.





XVI, 36





X

BRE

XVI WIEK

BROSZURY



